Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ne corruati coram inimicis uestris. Amalechites & cananeus
ante uos stent. quoque gladio corruetis. eo quod nolueritis adherere
domino. nec erit dominus uobiscum. Ascenderunt autem tenebrati ascendere uer
tice montis. arca autem testamenti domini & moysen non recesserunt
de castris. Descenditque amalechites & chananeus qui habita
bant in monte. & percutiens atque eciens persecutus est usque horma.
Locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere ad filios
israel. & dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram quam ego dabo
uobis. & feceritis oblationem domino in holocaustum. aut uicti
mam pacificam uota offerentes. uel sponte soluentes munera.
aut in sollempnitatibus uestris adolentes odorem suauitatis domino.
de bubus siue de ouibus offeret quicumque immolauerit uicti
mam. sacrificium simile decimam partem ephi conspersae oleo. quod
mensuram habebit quartam partem hin. & uinum ad libamen fundenda
ei dem mensure dabit in holocaustum. siue uictima pro agnos
singulos & arietes erit sacrificium simile duarum decimarum
quoque conspersa sit oleo. tertiae partis hin. & uinum ad libamen
tum tertiae partis eiusdem mensurae offeret in odorem suauissimum
domino. Quando autem debubus feceris holocaustum aut hostiam ut
impleas uotum uel pacificas uictimas domino. dabis pro singulos
boues simile tres decimas conspersae oleo. quod habeat mo
dum mensure hin. & ad liba fundenda uinum ei dem mensure hin
oblationem suauissimi odoris domino. Sic facietis pro singulis
boues & arietes. & agnos. & edos. tam indigenae quam pere
grini eodem ritu offerent sacrificia. unum preceptum erit
atque iudicium. tam uobis quam aduenis terre. Locutus est dominus ad mo
ysen dicens. Loquere ad filios israel. et dices ad eos. Cum ueneri
tis in terram quam dabo uobis & comederitis de panibus regionis
illius separabitis primitias domino decibus uestris. sicut et de areis pri
mitias separatis. ita et de pulmitas dabitis primitias domino.